

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius Christian Hildebrand

**Collegii Isaiani Partis III. Disputatio XIX. De [...] seu Messia Servo Domini  
Sapienter & feliciter agente Ex Cap. LII. a v. 13. & toto c. LIII. qua occasione Quod  
ex Haggaeone in h. 1 interpretamentum exscripsit Hugo Grotius, cum Aliis  
eiusdem Propheticorum oraculorum detorsionibus excutitur**

Rostochi[i]: Richelius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782358>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 17.Nov. 1666  
Vavenius, August  
~~Hildebrand~~, Christian.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774782358/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782358/phys_0003)

**DFG**



COLLEGII ISAIANI  
PARTIS III.  
DISPUTATIO XIX.

27.

DE  
המשיח עבר הפסכוּ

*scu*

MESSIA SERVO  
DOMINI

Sapienter & feliciter agente

*Ex Cap. LII. à v. 13. Etoto c. LIII.*  
quâ occasione

Qvod ex HAGGAONE in h. l. interpretamentum exscri-  
psit HUGO GROTIUS, cum aliis ejusdem Propheticorum  
oraculorum detorsionibus excutitur

*Quam*

בשם יְרוּשָׁה וִנְשָׁא וְגַפְתָּה מֶרֶךְ

P R A E S I D E

AUGUSTO VARENIO,

S. S. Theol. D. & Theologo Professore, Consistorii  
Ducum Assessore, & p. t. Collegii Theol. Decano.

*publicæ collationi submittit*

CHRISTIANUS Hildebrand/

Rugenw. Pom.


17. Novemb. hor. ab 8. ansemerid. In Collegio Mesoselenij.

¤ : ) ( o ) ( : ¤

ROSTOCKI,

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

ANNO CI. I. LXVI.



# Corollaria Respondentis miscellanea.

## I. Biblicum.

**A**n Rex Salomo in corona Cantici 3.  
vers. ult. sit ipse Christus, ut coro-  
natus coronâ spineâ Joh. 19. v. 5.? Resp.  
Neg.

## II. Theologicum Elencticum.

An recte Calvinus in cap. 27. Matthæi  
statuat, sanguinem Christi in arâ crucis  
putrefactum & in terram esse conver-  
sum? Neg.

## III. Theologicum Historicum.

An Damascenus narrans Falconillam  
precibus primæ Martyris, & Trajani  
animam precibus S. Gregorii Papæ ab  
inferni suppliciis liberatas, fabulam po-  
tiùs qvàm Historiam scripserit? Aff.

## IV. Casuale.

An Theologus, qvando delegibus di-  
vinis agitur, possit aliquando se chrono-  
cum aut topicum exhibere, & salvâ con-  
scientia veritati non immobiliter inhæ-  
rere? Neg.

ad

*Ad Præcellentem*  
STUDIOSUM THEOLOGUM  
DOMINUM  
**CHRISTIANUM Hildebrand/**  
Rügenwald. Pomeran.  
RESPONDENTEM  
ISAIANUM de MESSIA  
EXINANITO & EXALTATO.

**Q**uid studium, mores, vigilare tempora Lunæ  
Possint, quam prosint, dulcis Amice, probas.  
Exprimis egregium studiosè Nominis instar  
Quodq[ue] tenes, nunc re, nec minus, ore, probas.  
Quam juvet in Vatum sancto decurrere campo:  
Discere quam, que mox ipse docere voles.  
Quam passij juvet & surgentis maxima Christi  
Pandere, quam fuerit tantus in orbe labor.  
Quam recutita senis deliria tollere prosit  
Ne quisquam tribuat, nec meruere, fidem.  
Sit felix, quod agis! magno placet illa IESAIÆ  
Sed magis excelsò cura sacrata DEO.

Celerr. honori & amori erga

DN. RESPONDENTEM  
Amicum jucundissimum qvod debuit

L. M. Q.  
A. Varenius,

— 6 ( :01 ( 8 —

## DE MESSIA

SERVO DOMINI משכין, seu, intelligenter & prospere  
redemptionis legationem peragente

## Præambulum.

**Q**uod olim *Vir Aethiops, & Eunuchus idem, & potentissime Candacis, s. Aethiopum Regine Dynasta, regniq; thesaurius magnificentissimus, sive religione Gentilis, sive Prosclytus* (quod posterius, ex hypothesi Petri absolute primi Evangelistæ & Iudeorum & gentium, ex professo defendant Baronius & Bellarminus, negante tamen hypothesin & rationis Baronio-Bellarminianæ vim Lorino, contradicentibusq; ex eadem Pontificiorū Scholâ Limno, Cajetano, magis etiam, Thoma, Maldonato, Toleto, Jansenio, Sa, Cl. Gvillando) certè, inter immensas gazarum s. thesaurorum Reginæ curas, *Isiae* adeò perstudiosus, ut in ipso, quod per viam, quæ Hierosolyma ducebat Gazam, ceditu meditabatur in meridionalem patriam itinere, in ipso curru tantum Prophetam legerit, PHILIPPO DIACONO, Monitore Angelo, in ipso lectio*nis Isaiæ*, & hujus quidem ipsius de MESSIA paciente sectionis seu στριοχῆς actu, currui satrapico sele adjungenti, primum ex periodo hac propheticâ dubium proposuit, ingenuè sic incapacitatem confessus, & Philippum allocutus: *Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc, num de se, num de alio?* Act. c. 8, 34. Quod ex ipsis Rabbinis Commentatoribus Abrabinel aggressurus Judaicam hujus textus Isaiani expositionem, præmisit his verbis: ראו לדרת בחרותה, הדברים אמרתך כוונת הנבואה עלי מ' נאמרה לך דרך דרש ואסכמה כי אם כמי מה עלי הפטש בשכלך הייש והטברא הכנורה ולכך ראו שנזקוק היזכרנו רועץ כמי פשט: id est, Decet ante omnia in ipso statim principio intentionem veram prophetia cognoscere, scil: de quo illa loquatur, idq; non allegoricâ vel levi probatione, sed sensu literali accuratio-

Pp

re,

re, & vero : ac propterea inquirendum, an sententia ( seu applicatio-  
nes sive Iudeorum, sive Christianorum) correspōndēant sensu literali &  
argumento bujus Prophetiae? idem nobis in hāc disquisitiooe prin-  
ceps erit studium, ex collatione scil. cum consilio Fontium expes-  
dire illam qvæstionem à Dynastā Æthiopie Philippo objectam:  
וְאֵת הַזָּמָן אֲשֶׁר תִּשְׁבֹּחַ, id est, De quo dicit hoc Prophetæ?  
Licet autem dubium hoc jam tunc in ipso currū sustulerit Dynastæ.  
Philippus, aperto ore, ab hac ipsâ exorsus Prophætica lectione, fa-  
ctus illi Evangelista JESU, usq[ue] adeò, ut, occasione fluvii, vel  
torrentis, constiterit, & præviâ formulâ: Credo Iesum Christum es-  
se illum Dei Filium, percepto baptismi sacramento, lensus hujus Pro-  
phetici securus, latusq[ue] in patriam, futurus Æthiopum Aposto-  
lus & Evangelista, redierit, interest tamen propter Judæorum &  
hāc Judaizantium, HUGONIS GROTI in primis, επελθόντες  
perversas summi Vaticinii applicationes, rem paulo altius, ab  
ipso capite deducere.

Sententiarum de נְשָׁא דְמַמָּר seu subjecto

hujus vaticinii,

à cap. 52, 13. ad finem usq[ue] cap. 53.

propositio.

Concl. i.

**I**llustre hoc vaticinium, quo nec amplum magis, nec perspicua-  
lum alibi in Prophetiâ, MESSIÆ patientis dabitur facile Thea-  
trum, non tantum ante tempora felicissima DEI in carne manife-  
stati, scil. JESU NAZARENI revelati: sed & circa illa ipsa tempora,  
imò & aliquot seculis post illa, de MESSIA, in MOSE, Prophetis,  
Psalmis, promisso, atq[ue] adeò secundum excellentiam appellato  
*Christo*, ab ipsâ Judæorum Synagogâ intellectum, præterquam  
qvod ex Jonathane Paraphrâsta Chaldaeo non solum principium  
הָא יִצְלַח עֲבָדֵי מִשְׁרָה וְרוּם וּסְגָן וּרְקָוף לְחֻרָא  
i. e. Ecce prospexabitur servus meus CHRISTUS, exaltabitur & multi-  
plieabitur & fortificabitur valde) sed & longè plurima hujus Pro-  
phetica meoz̄is ad Messiam referente (etsi non defuit aliquod  
velamen

## ORATIO VI.

298

velamen in specialissimâ alicubi applicatione) ex Commentariis Sipre & R. Mosis Haddarschan (unde memorabilem dialogismum inter Jehovam & Messiam de futuris Messiae passionibus allegavit Helveticus Elencho Jud. 1 §. 43.) & longe plurimis vetustorum Hebræorum expositionibus (de qvibus vid. in Pug. fidei Raimundus, & I. alleg. Helvicus) evidenter constat, illi ipsi, qvi jam inde à seculo XI. ab illo Synagogæ de MESSIA explicantis sensu in varia devia abierunt, Judæorum Rabbini seu Expositores Biblici negare non potuerunt, qvomodo aperte in h. I. Abrabinel:

אָנָּס יוֹנָתָן

הרגמיה על משיח העתיד לברא זוהו גם כן רשות הרים  
ול בחוכחה טרשות יהסוכן ראיות מדרש שעשרה הרמן  
על הנכוואר הוארת שפירושה עלי מלך המשיח  
i.e. Omnipotens Jonathan exposuit Prophetiam de Messia venturo, nec alia mens fuit sapientum Antecessorum nostrorum (felici record.) in multis expositionibus illorum: sed & vidi explicationem, quam dedit R. Mosche Nachmanides in hanc Prophetiam, qui exposuit illam de REGE MESSIA. Nec solùm non negat idem de MESSIA intellectum Veteribus illud triplicatum eminentiæ Messiae prædicatum: (1) יְרוּם (2) נֶשֶׁת (3) גַּבֵּה מָאָר i.e. (1) Exaltabitur (2) Elevabitur (3) excelsus erit valde c. 52. 13. sed & addit, qvomodo illud de Rege MESSIA explicuerint & qvem in illo vocabulorum ternario respectum habuerint, sc. in 1. ad Abrahamum, in 2 ad Mosen, in 3. ad Angelos, qvibus adeò cunctis sublimior hinc, ipse Messias futurus dicatur, ut sensus sit juxta veteres illos: Messias ונשא ממשה וגבה מלאכי שרת i.e. exaltabitur pro Abrahamo, elevabitur pro Mose, excelsior erit ipsis Angelis sanctis ministrantibus, qvod qvomodo in ipso Messia legitimetur, qvia ostendere præ velamento ingenti non creditæ divinæ Messiae gloriae Rabbinus excœcatus haut potuit, inde hæc ipsa veterum Rabbinorum expositio, magna Crux fuit ante duo secula Expositori Rabbino.

Concl. 2. Confessor fidei Majorum non minor in seculo XII. fuerat, qvi tribus ferè seculis illū antecesserat Rabbinus Aben Ezra, cuius ingenua hæc est in Commentariis ad h. I. Isaianis Con-

Pp. 2

fessio:

רבים פירשו על משיח בעבוד שאמרו קרמנינו זל:fessio: כי בזב שחרב בורות המקרא נולר משיח ואstor וביוקט i.e. Multi exposuerunt hoc vaticinium de Messia, et quod dixerunt Majores nostri: MESSIAM natum tempore desolati sanctuarii & in vincula conjectum.

Concl. 3. Nec solùm ex Judæorum veterum scriptis, illius fidei antiquitas: sed ex ipsis quoque Apostolorum in Novo Testam. applicantium imò allegantium archivis hujus constat expositionis & veritas & optima vetustas, scil. illum, qui in hoc Isaiano passionali morbos nostros ipse baulavisse, qui ad instar parva peccudis ad mortationem ductus esse. & ad instar ovis coram consoribus suis obmutescens faum non aperuisse dicitur, cui à coarctatione & judicio sublato, generatio incenarrabilis promittitur, MESSIAM esse, & (quod præcipue Judæis signum contradictionis erat, ac ab Apostolis ex recenti vel evidenti tunc prædicatorum hic Isaianorum complemento facilè probandum) JESUM NAZARENUM à Judæis crucifixum, à Deo Patre suscitatum & ad dextram maiestatis exaltatum & hunc adeò verum illum MESSIAM. Sed nec alium ab Apostolis sensum accepit tenuitq; primitiva & post hanc omnium temporum Catholica Ecclesia, in qvā post unicam regulam, scripturam sc. magnopere curandum esse, ut id teneamus, quod ab omnibus creditum est, & sequamur universitatem, hanc unam fidem, quam tota per orbem terrarum proficitur Ecclesia, veram proficendo, antiquitatem, ab his nullatenus sensibus, quos sanctos Majores & Patres nostros celebrasse manifestum est, recedendo, Consessionem, in ipsa vetustate omnium Sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones sententiasq; sectando, olim seculo V. monuit haut absurdus tunc Monitor Vincentius Lyrinensis. c. 3. quem adeò Catholicum Christianorum consensum esse, ab ipsis Judæorū Rabinis ante 2. imò 5. secula, haud præsumentibus oī in futurum intet Christianos hic secum Judaizantem, & (post legitimatam iam ex scripturis fidem, & sensum genuinum) Jeremiam, pro MESSIA hic surrogantem, agnitus fuit. Aperte Abarbinel in h. l.

חכמי

## ORATIO VI.

חכמי הנוצרים פירשו ערך אותו האיש שהלו בירושלם בסוף ניר טני שהויה לרעתם בן האלוהים יברך שנගשם בבטן העלמה כמו שמספרם ברבריה *i.e. Sapientes Christianorum exposuerunt hanc Prophetiam de Viro, qui suspenitus est Hierosolymis in fine templi secundi, & fuit juxta fidem illorum filius Dei benedicti incarnatus in utero Virginis.* Idem ad ternarium illum Propheticum de MESSIA exaltando supra Abrahamum, Mosen, Angelos: פה עשו חכמי הנוצרים לפניו רהט גאלוחה המשיח *i.e. Exinde Doctores Christianorum argumentati sunt ad Messie divinitatem. Et paulo post: Mens, inquit, Christianorum est, exponendam esse hanc Prophetiam על ישו הנוצרי שנרגע בסוף ניר טני i.e. de IESU NAZARENO imperfecto in fine templi secundi.* Ita in h.l. Abenesra: זארה הפרשנ קשות פאר אמרו בעלי פלגורתו שרווא רמו לאלהיהם *i.e. Sectio haec difficultis admodum est, quam adversarii nostri (Christiani) intelligi volunt de Deo suo, cui opponit Rabbinus paucula sua noctis opaca, quae disspellit facile Phosphorus Propheticus.*

Concl. 4. Admittimus autem superiores illas & Antecessorum & duorum Rabbinorum de Messia, & in fine templi 2. nato, ligatoq; & JESU NAZARENO, circa finem templi secundi à Majoribus suis occiso, ipsoq; adeò, juxta nos, Deo & Domino gloria crucifixo, confessiones, & ex illa crucis Jesu Nazareni historiā pari, quo olim contra veterem Synagogam, modo Apostoli sunt argumentati, inferimus: *O. is, qui est נושע נ. s. prædicatorum hujus Propheta subiectum est Messias.* JESUS NAZARENUS estis. E. Majorem ex fide veteris Synagogæ s. Majorum ipsijs supra legitimarunt. Sed & minori, quæ per inductionem singulorum prædicatorum à priori abs nobis confirmatur, ipsi testimonium addant, dum consententur JESUM NAZARENUM sub templo secundo mortem crucis, magnam hujus passionis Itaiani partem, à majoribus passum vel expertum esse: imo ex confessione Antecessorum, fluit argumentū pro JESU NAZARENO tale: Is enī, interalia Messiae ~~ונענש~~ convenit Character nativitatis & ligationis circa finem templi secundi,

cundi, est verus Messias. JESU nostro Nazareno &c. E. Minorem qvoad nativitatē & vincula tunc injecta, ne ipsi quidem negare possunt, postqvā concedunt, circa finem templi 2. crucifixum. Qvin ex illā veterum Hebræorum expositione circa triplicatū exaltationis vocabulum sic porrò inferimus: *Excellentior omnibus Angelis est verus Deus. Messias est excellentior (non solum Abraham & Mose: sed & ipsis) Angelis. E. est verus Deus, unde porrò: Messias est verus Deus. Messias fuit servus, crucifixus. E. & adeo habemus velex ipsorum confessione MESSIAM Θεάνθρωπον, & Deum seu DOMINUM gloria crucifixum.* Cœterum hæc amplius nunc disquirere, dum in sententiarum occupamur propositione, nostri non est instituti.

Concl. 5. Mirari autem subibat, qvid post luculentam illam fidei Majorum professionem posteriores illos jam inde per V. secula Rabbinos moverit, ut ab illā Synagogæ veteris confessione abirent, & qvo tandem prætextu abiverint? Equidem prætextus est דרך רוש ואמכנתה, seu modus exponendi scripturam allegoricus & levis, qvem opponunt የרְאֵת אֶמְרָת וַהֲפַשְׁת seu sensu literali & modo exponendi vero vel accusatori, ut adeo Antecessores illi Veteres alluserint saltem, non autem sensum de Messia literalem hic agnoverint. At qvis crediderit lusisse, nisi qvi ipse illudere vel impone-re velit? Apparet facile mysterium crucis & divinitatis Messiae, qvod utrumq; Judæis σκαληγραφήσας scandalum est, per velaminis Judaici & somni regni terrestris Messiae præjudicium, abnegatum, tandem movisse illos jam inde à XII. seculo Expositores Rabbinos, ut abirent hie ab ipsâ veteris Synagogæ consonantiâ. Ne scilicet illis perirent lautitiæ, & Regni terrestris, qvas sub Messia suo præsumunt, delitiæ, parum convenientes illis, qvæ hie habentur, characteribus Messiae, neve cogerentur in Messia agnoscere infima illa servi, & summa supra Angelorum omnium excellentiam eve-cti, & in Messia adeo Θεάνθρωπον, maluerunt, missâ veterum hie fide, Messiaq; rejecto (imò, qvod ausus ante 265. annos R. Joseph Albo, Hispanus in lib. עקרין fundamentali) in alias abire expositiones, & tamen ne vide-

ne viderentur Apostatae vel desertores Veteris Synagogæ, allegoriæ solam & allusionem ad Messiam, salvo alio sensu literali, illis imputare.

Concl. 6. Inde ergo itum est à Messia ad Israelem, vel rectius ipsam Apostaticam Iudaorum Synagogam, ac si hujus scil. & quam sub Christianorum seu Edomæorum (quos vocant) & Ismaelitarum (Turcorum) aliorumq; gentilium imperio in prolixâ captivitate experiuntur, ignominiam, & quam experturi tandem erunt sub suo Messia circa finem mundi venturo, & Saracenos pariter ac Edomæos s. Christianos debellaturo, gloriam, hîc repræsentaverit Propheta. Primus interpretamenti assertor Raschi, seculo post Christum XI. quem seculo XII. secuti AbenEsra, & uterq; Joseph ac David Kimchi: quin aperte hic: **הפרשה כאשר פרשה אדרנִי** id est, Exponam hanc pharastham eo modo, quo Dominus Pater meus (benedictæ memorie) illam exposuit: & addit: **הפרשה הזאת נאמרה על גלות ישראל** id est, **Sectio hoc prophetica dicta est de captivitate (presenti) Israelis.** Secutus illos post aliquot secula Abarbinel, licet haut ignoraret, quamnam hîc vetustissimorum Judæorum mens, quamnam item mediorum illorum: **דשי וחריזס קמחי** id est, **וכנו הרב רבי רוד קמחי כלה פה אחר פרשו הנכונות** id est, Raschi, & R. Joseph ac Filius ejus Rab. David Kimchi uno ore exponunt hanc Prophetiam integrum de Israele, maluit tamen hanc ipsi præferre, & de passionibus Iudæorum inter gentes, & Christianos in primis, per violentam spiegelationem explicare, veterem autem de Messia expositionem inter allegoricas & minus exquisitas, velut in quibus non fuerit **שכל הישר והסבירו** id est, intelligentia recta, & sententia literalis vera, collocare. Et tamen post prolixam integrumq; applicationem, velut parum fidens expositioni perversæ, certè dubius animi, & post Messiam, ipsumq; adeò JESUM Nazarenum hîc repudiatum, de applicatione verâ solidaq; ambiguus, ad JOSIAM ejusdemq; novissimam in prælio cum Pharaone calamitatem, totam prophetiam non minus violentâ tractatione referre tentavit, & sic cum scrupulo.

scrupulo & proprio, & Synagogæ relicto cortinam clausit, permittens huic liberum judicium, utrum ad seipsum velut in exilio praesenti miseram, utrum ad ipsum Josiam velit referre prophetiam.

Concl. 7. Antecesserat has de Josia, & Judæorum Synagogâ expositiones, alia de ipso Jeremiâ, cœterum hæc ab uno Haggao-  
ne filio Saadiæ olim adducta, ab Aben-Esra quidem & R. Menachem  
Meir velut pulchra commendata, sed & ab illo ipso commendante  
& à Kimchiis cœterisq; Rabbinis est rejecta. Ratio Aben-Esra (1)  
בְּרִכָּה הַפְּרָשָׁה id est, *Tota hæc sectio coheret, seu agit de uno eodemq; subjecto: atque adeò, de quo pars prophetia, de illo etiam tota explicanda.* Unde subsumit. Atq; tota non potest applicari ad Jeremiah. E planè non agit de Jeremiâ, seu nullâ parte. Ratio (2) contextus: qvia sc. Antecedentia agit, ac consequentia hanc Prophetiam sive consolatoria, inter qua nullus apparet locus pro Jeremiâ. Apertè Abarbinel: *Scriptus Rabbinus AbenEsra & Menachem, quod Haggaeon pulchre exposuerit hunc locum de Jeremia:* לֹא יַדְעָה כִּי טוֹב וּמָה יְפֵי שְׂחוֹן כֵּן id est, quid boni vel pulchri viderint in expositione illâ, ignoro.

Concl. 8. Quantò magis videbatur admirandum, contra illam Prophetici textus, post complementum passionis JESU NAZARENI, evidentiam, contra Evangelistarum applicantium consonantiam, contra consensum illum Catholicum, contra communem omnium Christianorum tum veterum, tum recentiorum gustum, contra ipsius veteris Synagogæ rectius judicium, ausum nostro seculo Hugonem Grotium hic posteriorum Rabbinorum hypothesis negativam (scil. sensum literalem hic non esse de Messia, nec de JESU NAZARENO) suam facere, qvin post exclusum utrinq; à continenti sensu literali Messiam, seu JESUM NAZARENUM, ab ipsis posterioribus Rabbinis rectè reprobata sepultamq; diu Haggaeonis sententiam velut ab inferis revocare, novissimamq; illam, jam inde à v. 13. capit. 52. τελοχώ, & cum hæc totum cap. 53. Isaianum de JEREMIA explicare, ac singula capitum sic accommodare, ut, si ejus interpretationes sint veræ, nihil planè Christianæ religioni adversus Judæos defendendæ possit esse usui, nec contra

## ORATIO VI.

301

illos &c; ac Servetianos s. Socinianos, naturalis Christi divinitas, & pro peccatis nostris plenariae satisfactionis veritas inde educi. E-qvidē fatetur ipse Hugo Grotius geminas notas, e. c. *Virgulti ascendentis, & negata speciei vel decoris c. 53. 2.* in Christum potius sublimiusq; sāpē & magis  $\pi\delta\lambda\epsilon\zeta\pi$  congruere, qvām in Jeremiam & cōterum, postqvam non solū omnia & singula integrī hujus Propheticī textū ad Jeremiam sensu literali accommodat, & illas ipsas notas sic Christo congruere concedit, ut tamen sensu literali, & priūs congruant in Jeremiam, certè scandalum, qvod religioni Christiane dedit, non removit, qvir indurationem potius Judæorum vel maximē promovit, ipsi Jonathan Chaldæo Paraphrastæ infensus, qui de MESSIA explicuerit. Quid enim, sive ad  $\delta\alpha\delta\alpha\kappa\lambda\alpha\omega$  ipsamq; fidem domi confirmandam, sive ad  $\delta\epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\omega$ , seu ipsā fidem contra adversarios defendendam luctabitur ex Isaiā hic religio Christiana; si qvæ hic dicta, non sunt sensu literali & priūs intelligenda de Messia, sed, qvod mavult Grotius, de Jeremia. Qvo concessō, non noster, sed adversariorum hic triumfus est. Et nihilominus Grotius ipse in libello de religione Christiana, postqvam totum illud caput paraphrasi suā expressisset, Quis, inquit, potest nominari aut Regum aut Prophetarum, in quem hac congruant? Nullus certè: sui ipsius scil. immemor, qvi totum illud caput in JEREMIAM priūs congruere scripsérat, & alto de Messia silentio, de solo Jeremia explicuerat, ut dubium, an seriō, an contra conscientiam iudicis causam Grotius hic egerit, qui videns meliora probansq; deterriora nihilominus secutus, & perversitatis plus qvām Judaicæ grave exemplum præbuit, qvod paulò accuratius nunc excutendum erit.

### SPECIMINA INTERPRETAMENTI GROTIANI IN ISAIA.

Concl. i. Summæ eruditionis, nominis & dignationis Virum Hugonem Grotium, novissimè Serenissimæ Reginæ & potentissimi Sveciæ regni Consiliarium, & apud Galliarū & Navarræ Regem Christianissimum, olim Legatum, quem post legationem illam in Sveciâ positam, variis tempestatibus in vicino nobis mati

Q9

jacta-

jactatum, hic Rostochii, ubi transitum parabat, moriturum, mortuumq; ante annos XX. vidimus, ipsa fama loquitur. Neque quæ ex Calvinianis Rivetus tanto nomini post fata objecit, de Syncretismis in Galliâ Jesuiticis, qui à Regni Suecia Proceribus animadversi, efficerint, ut quod sibi scripsent epitaphium, levi immutatione verum sensum acceperit:

Grotius hic situs est Batavum captivus & exul

Regni exlegatus Suecia magna tui,

de consilio dato Luce Holstenio, qvi Viro cuidam docto Romæ narraverit, se cum in ancipite esset, an Romana Ecclesia nomen daret? à Grotio fuisse inductum dicente, nullam esse ecclesiam in doctrinâ puriore, in cultu & moribus corruptiore, quomodo non paucos juvenes incertos vel ad adiutoria vel ad apostasiam deduxerit, de Galliæ in Grotium beneficiis, que, cum legatione Sueciâ fungeretur, & tardius expectaret annua stipendia, id ei concesserit, ut ex pecunia, quam Rex Suecia regno ex fœdere pendebat, non expectatis succorum mandatis, sibi de stipendio provideret, nostra nunc facimus: neque de via pacis Grotianâ, quâ post Georgium Cassandrum, & Wicelium inter dissidentes in religione conciliatorem dare voluerit, in illo diversus, qvod, (1) cum illi nominatim à duobus Imperatoribus FERDIN. I. & MAXMIL. II. essent ad consilium tale vocati, ille non item: qvod (2) uterq; illorum, licet in Ecclesia Romanâ quædam improbaverit, apertè tamen se Ecclesia Romanæ adjunxerit: Grotius contra, nec vivens, nec moriens, in ullius Ecclesiæ communione acquieverit: qvod (3) illi, et si in ipsius Ecclesiæ Romanæ castris degentes, errores tamen Ecclesiæ Romanæ maximâ cum negligenter detestari, & detestati sint, Grotius, et si adhuc extra communionem Eccl. Romanæ vivens, crassos tamen illos errores excusaverit & incrusterit, usque adeò ut Tridentinum Concilium à Wicelio improbatum Grotii fuerit oraculum (teste Riveto) minutiūs hic exequimus: illud solūm, nec sine dolore nunc in tanto Viro desiderantes, qvod illustrissima V. & N. T. oracula in sensu partim Judaicos, partim Servitanos seu Socinianos detorserit, qvod præcipuos Vet. Test.

textus

textus Propheticos, quos Christus & Apostoli de Messia intellege-  
runt, & clarissimè, in N. T. explicuerunt, ille sive de Messia intel-  
ligenda negaverit, & Judaico vel hæretico Socinianorum more  
explicuerit, sive e. c. in loco Jeremiano, quem Apostolus ad Hebre-  
cap. 8, 9. allegat & applicat, supposito demum immediato sensu de.  
rebus Judæorum, ad Christum & novum populum eminentius ac-  
commodaverit: quam eminentem accommodationem post con-  
cessum immediatum sensum literalem alium, nemo facilè Judæis  
vel hæreticis persuadebit.

Concl. 2. Juvat videre, quam majore conatu & velut com-  
ductâ à Judæis & Socinianis operâ, in Isaia imprimis, velut  
inter Prophetas præcipuo, felicissimorum Messia temporum  
Evangelistâ, infirmare vel deformare tètaverit præcipua de CHRI-  
STO oracula. Pulcherrimum in c. IV. Isaiano v. 1. (2) de CHRI-  
STO aureolum est, qui & naturæ divinæ respectu appellatur צְמַח יְהוָה seu GERMEN DOMINI, & humanæ פֶּרֶץ חָרֵב seu fru-  
tus terre illius (Israeli scil.) qvin Chaldæus ipse nomen illud ZE-  
MACH, qvod tum absolutè, tum cum addito sive JEHOVA, sive  
DAVID, illo divinæ, hoc humanæ naturæ respectu MESSIAM, &  
Θεόνθεωμν hunc adeò designat (conf. Jerem. 23, 5. 6. cap. 33, 15. 16.  
Sach. 6, 12.) non nisi de promisso Messia, qvod & natura prædica-  
torum, & catena seqventium verborum & parallelus locus c. 28, 5.  
seqvirit, intellexit, reddens: בְּעָדָנִי תְּהִוָּא יְהֹוָה מְשִׁיחָה נָזִיר,  
id est, in tempore illo erit Christus Domini in gaudium &  
gloriam. At Grotius: GERMEN, inquit, DOMINI, sunt primo sen-  
sus reliquia exulum, que Esræ ac Nehemia temporibus domum reverse lau-  
dabilem vitam duxerunt: Musixæ autem Christus & Christiani.

Concl. 3. Expressum de Immanuele, seu, Messia ex Virgine na-  
scitur ova tinuum extat Isaiae cap. 7, 14. Achaso, signum liberatio-  
nis, ubi jubebatur, postulare nolente, & ipsi, & credentibus, in pri-  
mis domui Davidis ab ipso DOMINO offertur & liberationis im-  
minentis, & Hierosolymorum adusq; Messia tempora durationis  
signum summum, scil. Virgo Davidica Immanuel paritura, in qvi,

Qd. 2

bus-

bus verbis solum MARIAE & JESV Filii Mariæ te Θεοῦ nostri individualium designati, nequaquam autem vel Isaia uxorem & Filium, (qui nec ullibi tunc natus fuisse, nec tanti nominis & characteris c. 8. 8. mensuram magis implevisse memoratur, quam ipsa Mater, nomen: ΙΩΗΛ) vel Achasi Conjugem & ex hac CHISKIAM filium (cum nec juvencula ex Achaso concipiens dici potuerit: ΙΩΗΛ, & Chiskias natus annos 25 succedens Achaso Patri, anno ætatis 20 facto Regi, inde per 16 annos regnanti & anno 4. regni hanc prophetiam recipienti, ipso quarto Achasi Regis anno, jam 13. annos natus fuerit, & ab ipso Achaso 11. annos nato, & 9. adeò annis ante primum Achasi Regis annum editus, quam de re conf. Hieron. ep. 132. ad Vitalem p. 118.) intelligi, post Oratorem Gabrielem, hujus vaticinii luculentum Interpretem, allegato apud Josephum, contra clandestinum desertionis consilium, hoc loco Isaiano probantem: Mariam virginem ex Spiritu S. concipientem, puerperam, Mefie Matrem, Matth. 1. 20. 21. 22: 23. ne dubitare quicem licet, nedum contra illum sensum Propheticum, Apostolicum & Catholicum (cum nec quisquam veterum Christianorum aliter intellexerit, quam de Mariâ sine virili operâ concepturâ, & pariturâ Jesum) hic pronunciare, imò Matthaeum, Gabrielem, Mariam, hic quasi *mægðayugnou*, & Judæorum ludibriis exponere (si enim hoc argumentum Propheticum à Mattheo & Gabriele male sensu literali hic applicatur, utique illa ipsa thesis Gabrielis Matth. c. 1. 20. scil. Id quod in Maria genitum est, esse ex Spiritu S. ex quo illa, Virgo manens, conceperit, & Immanuelē paritura sit, male probatur, & Josephi enthymemata à præjudiciis Virginitatis non liberantur). Quid autem hic Hugo Grotius? Virginem illam fuisse Propheticam, seu propherie dono claram ab Isaia ductam, ex quo congressu natus Isaiae fuerit filius Immanuel & alio nomine symbolico Mabersebalathasbas appellatus vid. cap. 8. 1. 2. ut adeò Immanuel ille non fuerit in sensu Prophetæ, is de quo Gabriel: *Vocabis nomen ejas IESUM*; sed Isaiae filius, & quæ concepit ac peperit Immanuelē, non *Virgo* in sensu composito; sed in sensu diviso, scil. quæ ante nuptias *virgo*, Isaiae legitimis nuptiis juncta peperit ex illud concubitu.

Concl.

Concl. 4. Expressissimum non minùs de venturo MESSIA va-  
ticiunum est illud de *Puero nascituro nobis*, eodemq; Filio, qui dandus  
sit nobis, super cuius humerum Principatus, & cuius nomen vocandum  
(1) Admirabilis, & adeò (2) absolutè Consiliarius (qvin ne quis  
Consilio vires virtutemq; verè diuinam defuturam putet) 3. Deus  
fortis robustus, (prout, ne quis virtuti affectum juvandi blandissi-  
mum deesse præsumat) 4. Pater aeternus (sed &c, ne quis hic offi-  
cium desideret) 5. Princeps pacis, cuius adeò Principatus majestati  
& paci nullus futurus finis c. 9. 5. 6. Ipsa nominum prædicatorumq;  
majestas, ipse contextus de *Lumine magno apparente populo ambulan-*  
*tii in tenebris*, ipsa Apostolorum clarissima allegatio, & ad Christum,  
tradito Iohanne, ministerium prædicando & baptizando posentius  
publicantem (Matth. c. 4. 14. 15.) applicatio, militat pro solo JE-  
SU NAZARENO, nec deest hic per irrefragabilem Prophæticæ tex-  
tus evidentiam, qvædā psius Targumistæ Jonathanis & Sociniano-  
rum qvorundam c. c. Crellii, Volkeli CHRISTUM hic vocatum  
Deum fortē, Patrem aeternitatis vel seculi (qvod explicant prout ad-  
dit Vulgatus, futuri) concedentium, qvoad applicationem ad indi-  
ciduum Messie, confessio: sed & facit pro illo omnium vetustissimo-  
rum, mediorum, & recentioris ætatis Christianorum interpretum  
consensus Catholicus, & Ecclesiastice traditionis autoritas contra  
qvæ, nihilominus ausus Grotius omnia ad Ezechiam referre, &  
ut hoc, contra militante Prophetico sermone obtineret, & vel  
Christum excluderet, vel saltem secundariò ad eum referret, Pro-  
phetæ sensum, & verba, qvibus æterna Christi Deitas probatur, cor-  
rumpere. Sie ad v. 6. *Parvulus*, inquit, *natus nobis* & *Filius datus*  
*est nobis i. e. nascetur nobis*: sensus est: *Ezechias Achaso Patri multum*  
*erit dissimilis*: Principatus super humerum ejus i. e. erit meθoεζι-  
αντο, ab ipsis caris purpura feret regiam, velut in regnum natus. At-  
que is Ezechias vocabitur ADMIRABILIS, ob summas, qua in eo erunt  
virtutes, CONSILIARIUS, DEUS FORTIS, imò (inquit Grotius)  
consultator Dei fortis i. e. qui in omnibus negotiis Consilia à Deo posset, per  
Prophetas scilicet, PATER SECULI i. e. qui multos post se relieturus  
sit posteros & in longum tempus, PRINCEPS PACIS, i. e. Pacificus & in

pace viciurus, MULTIPLICABITUR EJUS IMPERIUM i.e. dumbit per annos 29. ET PACIS EJUS NON ERIT FINIS i.e. ad finem di- erum suorum pace fruetur 2. Reg. 20, 19. A MODO ET USQVE IN- SEMPITERNUM i.e. ab inicio ad finem vite. Et nihilominus (tanta vis veritatis est!) Grotius ipse fatetur non tantum Christianos: sed & Chaldeum agnoscere, multò excellentius hac ad Messiam persinere: imo: in CHRISTO, bac & quæ præcedunt habere significatio- nem multò ut augustinorem ita & planiorem. At si ita res habet, si ita habere Grotius aguovit, qvā conscientiā in sensu Prophetæ adeò corrumpendo, adeò torquendo, ut qvæ ad Messiam directè respi- ciunt, ad Ezechiam referret, ipse tanto conatu laboravit? Ita c. II. Isaïa v. 1. Egredietur virga de radice Isai, i.e. Ezechias ex domo Davi- dicā rebus hujus valde accisis, nasceretur; Ibid. v. 10. Radix Isai, qui sicut in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur i.e. ad Ezechiam con- current multi, ex gentibus ad verum Deum conversi. Qvantò hic, ut Christianorum taceamus consensum Catholicum, ipse Chaldaeus: יְפָאֵק מִלְכָא כְּבָנָה רַיְשִׁי וּמִשְׁיחָא מַבּוֹן בְּנוֹיו יְהוָה i.e. Egredietur Rex de Filiis Isai, & Christus de Filiorum ejus magnifica- bitur. Et v. 10. qvem explicat de מלכון ישחטנו i.e. Nepote Isai, cui regna sunt obeditum.

Concl. 5. Ita cap. 42, 1. & seqq. locus illustris est de Messia, cuius Charakter exprimitur, leni infirmorum tractatio, & negata mi- raculorum ostentatio, vel ad ostendendum publicatio. Nec de alio Chal- daeus intellexit, clarissimè reddens: הִא עֲבָרוֹן מִשְׁיחָא id est, Ecce servus meus CHRISTUS! Sed & Matthæus de CHRISTO in- telligendum, & in hoc solo completum ostendit Matth. 12, 17. Vi- dit etiam Grotius, qvæ hic prædicantur de servo electionis, eminen- tius impleta in Christo. Ipse tamen de Isaïa interpretari cum Ju- dæis posterioribus maluit, qvam sensu literali referre ad Messiam, ut sic nihil horum characterum peculiare reliquerit Christo. Sic Isaïa c. 45, 24. juramentum Servatoris: Miki curvabitur omne genu, & jura- bit omnis lingua, Grotio nihil aliud significat, qvam futurum ut aliqui de plurimis gentibus veniant invocatum Deum verum in ambitu tem- plis,

pli, vel multos etiam domi Deum verum culturos. Quid in cap. 49. 10. tam Prophetiam de seruo DOMINI, per quem DEUS gloriose voluit esse in Israel, qui in illo apud Israelem ministerio clamat: FRUSTRÆ LABORAVI, vanè & inaniter virtatem meam universam impendi, qui dicitur, post frustratum in Israelis natione conversionis numerosioris fructum, positus (divino consilio) in lucem gentium, & salutare Dei adusq; fines terra, coram quo Reges & Principes surrecturi & adorantur, quem in tempore beneplacito Deus exaudierit, & in die salutis auxiliator Deus servaverit, ac in Signum federale populi dederit, ut vincatis & positis in tenebris diceret: Exite, revelamini! præterito tacitoq; planè CHRISTO ad ISAIAIAM reserat, velut in quo completum sit quicquid ibi magnificum dicitur. Nec minus id quod habetur c. 50. 4. de Oratore, cui Dominus dederit linguam eruditam, in quo nihil aliud intellexit, quam laudes Isaiae, cujus & inter Prophetas post Mosen omnes dictio purissima, & in quo evvocat pulcherrime. Sed & in eodem capite v. 6. Orator qui dicit: CORPUS MEUM DEDI PERCUTIENTIBUS ET GENAS MEAS VELLENTIBUS, juxta Grotium fuerit Isaías, etiam si à Sobnā & ejus factione multum irriteretur, constans nibilominus in exequendis Dei mandatis, qui ut illam animi constantiam etiam vultu præ se ferret, dixerit: POSUI FACIEM MEAM UT PETRAM DURISSIMAM v. 7. Et satetur ramen ibidem Grotius: voluisse Deum, hæc omnia ETIAM & NEXI impleri in Christo, ut nihilexcusationis haberent Iudei literarum auctores. Ita quod cap. 52. de pulchris pedibus Evangelizantium dicitur, Grotius de Jeremia ministerio interpretatur. Nihil attinet, hæc minutius excutere, postquam loca jam supra sigillatim sunt vindicata.

## EXAMEN INTERPRETAMENTI GROTIANI

in Isaiae cap. LII. à v. 13. &amp; totum cap. LIII.

## DE JEREMIA.

Concl. 1. Redundum ad Isaiae præsentem, de MESSIA, juxta Grotium, de *Jeremia* Prophetiam, & quam hic, non tantum pravæ ad *Jeremiam* applicatione: sed & propter hanc legitimandæ, violentæ perversaq; sententiarum explicationæ Christianæ fidei domi firma-

MENSA LIBRARY

mentū, foris autem contra Judæos & Socinianos, summū satisfactionis Jesu Christi argumentum labefactaverit, indiculo saltem remonstrandum. Post pedes Evangelizantis, post revelatum brachium sanctitatis coram omnibus gentibus, post Theatrum salutaris Domini Catholicum, & inde imperata jubila à v. 7. c. 52. sequitur clarissima Servatoris ipsiusq; modi servandi, seu liberationis descriptio.

Concl. 2. Thesis totiusq; argumenti Synopsis est cap. 52. vers. 13. MESSIAM manifestandum quidem in formā servi, & in hāc futurum כָּל־שָׁבֵךְ s. intelligenter & feliciter cuncta per acturum: sed & posita formā servi post consumatū illud sapientia crucis consiliū summē exaltandū: cuius exaltationis gradus 1. resurrectio, 2. ascensio, 3. & superlativus, fuit sessio ad dextram throni majestatis in cœlo, c. 52, 13. Utriusq; illius status, qui in illo summario designatur, & servitutis & exaltationis, exegesis, tum resp. passionis, tum glorie, à Prophetā proponitur 1. Υἱοῦς τὸν ὄντα σεμνῶς seu generaliter & comparativè à v. 14. ad finem c. 52. Messias, sicut ad stuporem usque plurimorum, ob corruptam præ alii filii hominum speciem, formamq; deformabitur: ita ad stuporem usque gentium & Regum magnificabitur, qui quod non narratū illis antea fuerat, videbunt, & quod non audierant, animadversuri erunt, et si ex illâ gente, cui & olim & tunc primariō natratum visumq; fuit, pauciores animadventent: cui Judæorum incredulitati repræsentandæ Propheta subjicit Epiphonema: Quia (ex hac gente, qvæ secundum excellentiam vidit) credidit prædicationi nostræ, & brachium Domini in quo revelabitur?

Concl. 3. Quid hic Grotius ita μεριζεται: Ecce Servus meus intelligenter & prosperè aget, id est, Jeremias hec omnia sibi revelata cognoscet: Exaltabitur, elevabitur, & excelsus erit valde, id est, in magno honore erit apud ipsos Chaldeos. Porro v. 14. 15. Sicut mulci mirati erant Jeremiam hominem tam egregium adeò fæde tractari, deрудi in carcerem, inde in locum lutosum, ibiq; præ pedore, & cibi inapâ contabescere: sic contra, rebus miratio admirationi erit honor ipsi habitus, & ipse multos ex gentilibus ab Idolorum cultu avertet, adeò, ut Nabochodonosor Rex Chaldeorum, ut Pharno Necho Ægyptiorum, eorum Satrapæ cum silentio sint miraturi, ubi videbunt omnia, que dicie  
Jero-

*Jeremias ita ad amissum, & suis temporibus impleta: ubi andient, per ipsum Jeremiam apertissime predicta, quæ Magis & Astrologis suis omnibus ignorata seu non prævisa. Ita Grotius ad cap. 52. qui nexum daturus cap. 53. cum 52. monet, continuum sermonem esse de eodem Jeremias in cap. 53. & in v. 1. non querelam Jesaiæ de paucitate credentium ex Judæorum gente, conquerentis, prout allegavit Paulus Rom. 10, 16. sed occupationem Prophetæ de certo individuo (Jeremiæ scil.) interrogantis, & sibi ipsi à v. 2. respondentis, ac talem adeò primi in hoc timematis sensum: *Vultu scire, quis ille sis futurus, de quo cœpi agere, qui & meis prophetiis plenam habebit fidem, & ipse de maximis rebus, quas Dei potentia perageat, revelationes exactissimas accipiet?* ita ut Propheta sibi ipsi quærenti, per occupationem respondeat jam inde à versu 2. Ille est qui ascendit sicut virgulum coræ eo, & sicut radix de terrâ stienti: Jeremias sc. qui natus in paupere viculo Anathoth, adhuc puer Deo servire in propheticō munere incipiet: Jeremias, inquam, qui nihil magnificum in vultu præferes, mater & mæstus. Cui adeò non erit species, nec decor, nec aspectus desiderabilis, immo qui erit despectus & novissimus virorum, ac sciens infirmitatum, v. 2. & 3.*

4. Utriusque illius status, qui in illo Propheticæ propositionis summario cap. 52, 13. continetur, & ipsius adeò theses Exegetis proponitur ἐδίκως. sc. μερικῶς, id est, distinctè & specialiter, tum resp. Messiae passionum cap. 53. à v. 2. ad v. 8. tum respectu glorie, à v. 8. ad finem. Illius respectu proponitur 1. Morborum nostrorum & dolorū non saltem ablatio (qualem intelligent Sociniani) sed & realissima sustentio, & bajulatio, atq; adeò Messie in locum generis humani, tum ratione culpe, tum ratione pœnæ verissima surrogatio, de cuius veritate ne quis dubitet, Propheta non solum illum asseverandū characterem Ιησοῦ seu verē, omnino, præmittit: sed & enthymemata oritura ex scandalo crucis, refellit: sc. nos quidem estimavimus eum plagā affectum, percussum à Deo & afflictum (velut facinorosum, ex corpore delictorum priorum) cœterum defctiones nostra fuerunt, ob quas ipse est dolore affectus, iniquitates nostra fuerunt, ob quas adeò est attritus. Proponitur 2. meritoria pœnarum generi humano debitarum in judicio divinō persolutio, & per hanc redēptionis imprecatio. Scil. ut nobis pacem apud Deum conciliaret, ipse loco nostri,

R. 8

capiga-

cästigatur: ut nobis sanitatem impetraret, ipse vulneratur: quippe nobis omnibus ad instar oviū palancib⁹, seu miserè errantibus, Iebo⁹ fecit incurvare in illum (prout culpam, ita & pœnam) omnium nostrum, v. 5. & 6. Proponitur 3. afflictionis illius & exactæ pœnalis passiōnis patientissima toleratio, qvā mansuetus & mitissimus Servator ad instar parva pecudis ad mactationem adducta, & ovis comm̄ tonsoribus suis obmutescens non aperuit os suum, atq; adeo ne minimum qvidem edidit impatientiæ vel minationis signum v. 7.

Concl. 5. Evidentia hæc sunt & in clara luce posita, in primis post Theatrum crucis Jesu Nazareni: ad qvem hæc referenda non solum Philippus Dynastam Aethiopem docuit: sed & Matthæus & Petrus clarissimè explicuit, vid. Matth. 8, 16. 17. Act. 8. à v. 30. ad v. 39. 1. Pet. 2, 22. 23. 24. Et dantur hic qvæ causam Socinianam plene jugulant, & satisfactionem Jesu Christi veram, propriam, plenariam probant, qvalia in primis in סכָל & הַפְגָנָה v. 4. & 6. Qyorum autē hæc Grotius? Omnia ad Ieremiam: qvod ut obstinaret, pro lubitu corruptit. Scil. (post illa, qvæ ex v. 1. & 3. jam supra notavimus) à v. 4. statuit esse confessionem Iudaorum, post captam urbem sic distinxerunt: Verè Ieremias non talia meritus. Iniquissimè de Ieremias sensimus, quem Deo exosum, meritò in carcerem conjectum, hostem urbis, Templo, Pseudoprophetam credidimus, & propere tam crudeliter tractavimus v. 4. Verum Ieremias talia non meritus mala, tulit, qua nos eramus meriti. Ieremias monita nobis attulit salutaria & disciplinaria pacis: & livore (i. patientiâ) ipsius sanati fuissimus, & ab impenitentibus malis liberari posuissimus, si verbis ipsius tanquam auctorū tolerante: à confirmatis fidem habuissimus: v. 5. O. nos jam inde à temporibus Manassis erraveramus: & ad alia alii Idola respexeramus: verum posuit Dominus in Ieremia iniquitatē omnium nostrum, i. e. permisit, ut ille gravi nostro crimine indignissima pateretur. v. 6. Etiā tunc ubi oppressus & afflictus, & in carcere & locum lucosum detrusus fuit, ad instar ovie, non aperuit os suum, s. nihil dixit fecisse incundē, v. 7.

Concl. 6. Ita hic per interpretamentum Grotianum principaliſſim⁹ pro reali surrogatione Christi in locum generis humani, ratione rum culpe, cum pene solvende, ipsaq; solutionis veritate, & realissimā adeo Satisfactione textus, plagam patitur, Christianismo fundamen-talis maximè dogmatis grande firmamentum eripitur, Socinianis a.

qvod

quod ipsi per prophetici sermonis ac applicationis evidentiam Evangelicam alioquin presumere ausi haut fuissent eludendum, religionis nostrae mysterium per ultro illis traditum fidei antemurale, s. propugnaculum, amplissima porta panditur. Altum hic de CHRISTO silentium in Grotio, quem tamen solum ex hoc loco de Servo illo afficto, ad instar parva pecudis ad malitatem ducto, & per modum ovi cum suo consore obmutescentis, os suū non aperiente, Satrapæ Aethiopi in Actis 8,32. ostendit Philippus, & in Epist. Petrus de Christo & ovib. errantibus occasione hujus loci commentatus i. Pet. 2,24.

Concl. 7. In Exegesi speciali theseos Isaianæ respectu gloriae proponitur (1) Messia ex statu carceris & judicii condemnationis potestissima per vivificationem s. resurrectionem liberatio, & sic liberati (2) inenarrabilis generatio, quæ utraq; cum respectu partim consequentis partim effectus habeat ad ipsam passionem & vicariam Jesu Christi satisfactionem, proinde Λυγκείλινος, seu comparativè hic proponitur per brevem Λωγκείλινον novissimæ & satisfactoriæ exinanitionis, unde actus repetuntur (1) realissimæ Mortis: quia excisus dicitur è terrâ viventium. 2. vicariæ plagarumante mortem per pessimis: ex defectione sc. populi plaga ipsi v. 8. 3. sepulturæ ipsiusq; sepulcri per divitie procurati, per improbos custodes infessi: quatenus ille ipse proposuit improbos sepulcro suo, & divitem moreibus suis (seu funeris sui post mortem curatorem.) 4. consumati in morte Christi sacrificii pro reatu, & per illam factæ plenariæ nostrorum peccatorum expiationis: quippe ipsa anima Messiae exponit se in (verum & reale) sacrificium pro reatu. Talis autem sacrificatio & expiatio, supponebat innocentiam personalem & propriam in subiecto sacrificante vel expiante: quæ proinde hic quoq; supponitur, dum & in εγγειον Messiae, malum, & in Κράσι, falsum omne absuisse significatur, quippe (1) violentiam non fecit. (2) in ejus ore dolus nullus fuit: inferebat punitionem vicariam seu vice vel loco generis humani, quod scil. sic atteretur ob iniurias nostras, idq; ex speciali beneplacito Jhova, qvivolens (propriet iniquitates nostras) atterere Messiam (velut agnum bajuantem peccata mundi) morbo affectis, ut scil. sic consumaretur illud ΘΥΝ, seu, quod verè erat ὁ τοῦ Ἰουδαῖος, seu odor bone fragranție coram Deo, praerupta generis humani sacrificium v. 9 10. Idem scilicet qui dicitur

R. 1. 2

volens atterere, fuit מְרֻכָּן ל. revera attrivit quoq; (conf. v. 5. & 10.) & ut attereret, i. e. adeò infirmavit. Neq; alius חַפֵּץ רְכָנָן ל. volens atterere, alias מְרֻכָּן ל. infirmans: sed unus idemq; sc. Jehova, qvi adeò non מְרֻכָּן ל. infirmavit, alium aliquem. חַפֵּץ רְכָנָן ל. volentē atterere Christum: sed ipse fuit & רְכָנָן ל. atten-rens infirmans. Nec alius hīc infirmatus, alias attritus (ac si Dia-  
bolus Christum contritus fuerit à DEO infirmatus) sed unus i-  
demq; Christus, nee adeò ille רְכָנָן ל. delectatus atterere Christū,  
hīc ponitur, ut infirmatus à Deo: sed ut ipse Deus Pater מְרֻכָּן ל. ad  
letum usq; infirmans Christū. Evidentia hæc sunt ex Consilio fontiū.

Concl. 8. Applicatio jam talis: Prout Messias absolutissimè  
omnia peregit in exinanitione, ob defectionem populi plagi affectus,  
ab ipso Domino, cui nunquam non fuit beneplacitum patientissima Fi-  
lli passio & ipsum mortis sacrificium, attritus, & letaliter corre-  
pius, è terrā viventium excisus, sepultus, & sacrificio pro reatu in ipsā ani-  
mā vel seipso perfunditus: ita & à coarctatione & judicio illo damnati-  
onis, qvod ita loco nostro sustinuit, ut vixit in ipsa morte mortem  
superaverit, sublatus, inenarrabilem generationem habebit, v. 8. 9. 10. i. e.  
& semen spirituale copiosum videbit, & ipse, semel peccato mor-  
tuus, ex mortuis suscitatus, haue amplius mortem subibit: sed dies  
prolongabit, seu in æternum perennabit, ipsumq; DOMINI beneplaci-  
tum per manum ejus prosperabitur v. 10. ut adeò illa inenarrabilis  
Messie generatio, qvæ memoratur in v. 8. luculentam habeat. Exege-  
sis in v. 10. in verbis: Videbit semen, prolongabit dies, in qvâ dierum  
prolongatione, & ipso, qvod videbit, semine, pulchre procedet illud i-  
psum beneplacitum DOMINI passionale, ut scil. loco molestie animæ  
evidenter, & ex ipsā fructus passionalis visione satureretur, v. 10. & 11.  
Proponitur 3. Imperatōnis illius universalis per justificationem  
applicatio, qvâ ipse justus, prout omnium peccata bajulavit: ita etiam  
multorum, imò ex optimatibus & robustis qvos justificabit, prædam  
reportabit, qui fructus M-ssie passionalis iterum respective seu compa-  
rative describitur in ordine ad passionale meritum, qvippe, qvia (1)  
profundet animam suam in mortem, seu ipsam animam volens, & ne  
expectato qvidem temporis puncto, qvod per vim dolorum, ani-  
mam soluturum erat, evacuatam corpore effundet, ut sic verissimè  
mortuum constaret. (2) ipse transgressoribus annumerabitur, velut

inter

inter facinorosos crucifigendus. (3) Ipse peccata multorum portabit. (4) pro  
ipsis transgressoribus intercessor advocabit, clamatur scil. de suggesto cru-  
cis illud: PATER REMITTE, NESCIUNT QVID AGUNT! v. II. 12. c. 53

Concl. 9. Superest, circa hanc quoq; prophetiae partem HUGONIS  
GROTI in apertissimorum de MESSIA oraculorum Isaianorum inter-  
pretatione perversitatem repræsentare: nec enim propter nimiam ab-  
surdæ applicationis evidentiam necessarium singula minutius refellere.  
Quis ergo juxta Grotium is, qui de coarctatione & judicio sublatuſ, ine-  
narrabilis generationis Autor dicitur futurus? Respondit ille: Jeremias,  
non obstantibus, sub specie iudicii sibi impositis malis, valde longevus  
futurus, qui in carcere, inde in lacum caenorum, ex hoc uerū in carcere actus,  
fuerit quasi abscessus de terra viventium, & sic summo populi errore ac crimen  
percussus, v. 9. pro quo nihil aliud, quam quod ipsi Deus mandaverat, dicente,  
Deus ipsoſ interfectores, ipsoſ improbos Jeremias mortem machinatos, Sacer-  
dotes in mortem dederit per Chaldaeos (v. 9.) quem Deus sic voluerit  
fame, illuvie, squalore atterere, ut visus fuerit & tractatus quasi sons, &  
maxime reus, eti planè insons, unde & visus sit semen, prolongaturus dies,  
id est, diu in Aegypto vietur & multos ad petatem conversurus, v. 10. in  
illâ ad satietatem usq; annosa vitâ, per eam, quam habet Dei cognitionem  
multos ex gentibus, exemplo & institutione sua correcturus, & sic multorum pec-  
cata ablaturus v. 11. unde futurum, ut & multi Iudaeorum in ipsius gra-  
tiam serventur, & ipse à Nabuzardan, Magistro militem captâ urbe dona ac-  
cepturus, quia scil. Jeremias se ipsum periculis mortis objecit, velut sceleratus  
carcere, catenis barathro tractari sustinuit, in modo illo ipso tempore quo pessimè  
à populo tractatus fuit, pro eo preces fundere non cessavit.

Concl. 10. Nihil attiner, interpretamentum hoc Grotianum sigil-  
latim ex collatione textus propheticci retundere, postquam nimis evi-  
dens, & quæ vix Πήγετον inter Christianos meretur, est spēlōtys, seu  
perversitas, & contra gustum populi Christiani. Quid enim ineptius,  
quam illud v. 2. de negatione נָאֵר וְנָאֵר, scil. forma & decoris ac speciei des-  
iderabilis, explicare de Jeremias, qui fuerit macer & sine vultu amabili? Et  
illud: verè morbos nostros ipse pertulit, & dolores nostros ipse bajulavit v. 4.  
de eodem, mala quæ Judæi erant meriti, ferente. An illæ, quas expertus  
Jeremias passiones à sceleratis, fuerunt satisfactoriæ pro sceleratissi-  
mis Iudaeorum inferentibus, ita ut hi post urbem captam, melius, et si-

sero sapientes dicere potuerint, Jeremias sic à se doloribus afflictum propter  
prævaricationes suas, attritū propter iniquitates suas, castigatione Jeremias sibi  
pacem, & tunice ejus sibi sanitatem obvenisse? Cumq; non fuerit talis vica-  
ria afflictio in mente inferentiū, quippe æstimantium Jeremiam Pseudo-  
prophetam Deo exosum suo merito talia pati; unde constabat de intentione  
consiliove divino talis surrogationis & passionis vicariæ, Jeremias  
scil. pro gente Judaicā? Qvomodo castigatione Jeremias Judæis captivis  
pax, & ipsius tunice seu vulnere ipsis sanitas obvenit? Qvām inepta illa  
absolutæ enunciationis in hypotheticam transformatio v.5. *Vulnere*  
*ejus sanitas sumus, id est, si verbis ipsius fidem habuissimus, sanitas sumus?*  
qualem sanè analysin haut agnovit Petrus sic applicans: *Ἐ τοῦ μῶλω-  
μον αὐτὸς πάθητε, id est, cuius ipsius (Christi) vulnera sanitatis ī. Pet. 2, 24.*  
Qvām violentū, illud: *Yehova fecit, ut incurret in eum iniquitas omniū  
nostrorum, v.6. explicare de incursu criminum resp. Judæorum crimi-  
nali, respectu Jeremias passionali, sc. de ipsa Judæorum scelerata acti-  
one, Domino permittente, sic in Jeremiam innocentem incidentem &  
hoc adeò, Judæorum crimen, qvæ meritus haut erat, paciente? Atq;  
Consilium hoc non solum Deo permittenti: sed incursum talem ordi-  
nanti & facienti adscribitur: & ipsa iniquitas omnium nostrum Deo  
sic moderante, in ipsum (Messianam sc. servum Domini prosperarem) incur-  
uisse dicitur, ut illa incursio in nobis antecedenter inferat ovis errantis  
misericordiam, in Christo conseqüenter, iniquitatis poenarumq; nostra-  
rum sustentationem ac bajulationem veram. Ita scil. Deus יְהוָה seu  
incurrere fecit, ut illam incursionem secuta sit vera incidentium crimi-  
num sustentio, bajulatio & pro his ipsis per imputationem veram & re-  
alem sic incidentibus satisfactio.*

Concl. II. Notentur hic 4. sc. 1. status hominum ante & extra Chri-  
stum, qvī describitur per vocabula dolorum, morborum, defctionum, ini-  
quatum, inimicitarum, & Symbolum ovis errantis. 2. Status post Chri-  
stum Mediatorem, qvoad impetrationem, ubi jam, sanitas, pax. 3. Me-  
dium procurandi sc. ipsa causa meritoria, ipseq; modus permutationis  
& impetrationis cruentus, sc. Christus innocentissimus morbos & dolores  
verè nostros ipse perfert & bajulat: ineffabilis ipse dilectionis filius  
ob defctiones & iniquitates nostras, qvas sustinet, velut hostis in judi-  
cio divino atteritur sc. castigatur, ut nobis procuret pacem ille qvierat i-  
psa sanc-

## ORATIO VI.

315

psa sanitas vulneratur, ut nobis imperet sanitatem. 4. Principium talis  
vicariae sustentationis & satisfactionis sc. ipse יְהוָה סִפְנֵי f. Dominus,  
i.e. ipse Deus Pater ex eterno consilio redemtionis faciens, ut in Messiam sic  
incurrant omnes iniqvitates nostræ: post qvem incursum adeò jam  
suppositum, Christus velut omniū scelerum peccatorumq; generis hu-  
mani reus sic atteritur, castigatur, vulneratur, nos autem, qvorū illi erant  
morbi atq; dolores, ipsius vulnere sanamur. Totum illud ipsi consilio & be-  
neplacito Dei Patris hic imputatur. Ipse Deus projectit in illum iniqvitatem  
omnium nostrum. Et sic Deus illum, qui non noverat peccatum, pro nobis pec-  
catum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in eo, cujus sc. vobis sanati su-  
mus 2. Cor. 5, 21. & 1. Pet. 2, 24.

Concl. 12. Fuerit urbe captâ, Babylonio Tyranno imperante, carce-  
re pariter & catenis solutus Jeremias patriæq; lamentabili permisus  
(Jer. 39, 11. 12. c. 40, 2. 4.) pauculis adhuc annis ad majora misericordia specta-  
cula supervictus, an propterea dici poterat, (qvod hic Prophetæ v. 8)  
à coartatione & iudicio sublatu, cuius generationem nemo sibi enarratur?  
qvi paulò post à sceleratissimâ sub Jochanane reliquiarum factione ca-  
ptus, in Ægyptū abductus, majus etiam adversariæ ac contradictionis,  
qvam olim ante urbē captâ, signū est expertus c. 43, 2. 6. c. 44, 16. Et qvo-  
modo hâc sceleratissimâ Prophetæ tractatione Jehova delectatus? qvom:  
ipse Jeremias DVN f. sacrificiū pro reatu factus? qvomodo molestia exemis  
seipsum videns est satiatu? qvomodo ipse bajulavit iniqvitates multorum?  
vid. v. 10. 11. 12. Quantū h̄c adimitur veritati DVN sub nomine Jeremiz,  
tantum Socinianis additur pro negando vero sacrificio mortis Messiae.

Concl. 13. Ita ipse Isaías dicitur, evidenter contra H. Grotium pro  
solo Messia pronunciat: facit idem in N. T. Matthæus, Jobannes, Paulus  
Lucas, in Luca Philippus, in Epistola Petrus, omnes & singuli longè plu-  
rima hujus passionis Evangelici Isaiani allegates, & manifestè ad so-  
lium Jesum Nazarenum applicantes, ut sic à priori ex ipsa scripturâ et-  
iam sola constare possit hujus sensus & applicationis veritas, & cum  
mente Dei revelantis conformitas, cui deinceps subjicimus non sal-  
tem prælentis Ecclesiæ Christianæ: sed & veteris Catholicæ consensu,  
qvem, prout Patrum scripta, ubi scripturæ consentanea sunt, amamus  
& magnificimus, ipsum autem authenticum & infallibile iudicium  
soli Spiritui S. ut per scripturas loquenti, & ipsi adeò scripturæ, de suo  
sensu irrefragabiliter, apud omnes extra pertinax & affectatum preju-

dicium positos testanti, sine ullo circulo vindicamus, certi talis reos,  
 qvi Pontifici vel Ecclesiæ autoritatē infallibilem probant ex scripture  
 qvibusdam locis, & horum locorū talem sensum, iterum ex autoritate  
 infallibili Pontificis vel Ecclesiæ, velut summi judicis sic interpretatis.  
 Sed ad rem. Optima traditio Apostolica de explicatione vel sensu hu-  
 jus loci Prophetici est illa qvam Philippus Candaces Dynastam in cua-  
 tu docuit, qvæ adeò traditio, extra aleam Apostolica, in ipso Satrapa i-  
 vit ad Æthiopes, imò in ipsis Apostolis prædicantibus primū & deinde  
 scribentibus & per ipsas adeò authenticas Apostolorum scripturas  
 non solam prædicationem, ad omnes gentes, unde nec ullus facile Pat-  
 rum catholicorum aliter hīc intellexit: certè de illa Grotii interpreta-  
 tione & applicatione altum silentium in antiquitate, ut mirum, Groti-  
 um, qvi in scripturarum interpretatione traditionum non scriptarum  
 necessitatē, juxta regulam Concilii Trid. adeò commendaverat, ab o-  
 mnibus veteribus hīc discedere, suaq; glossemata scripturis contraria  
 & in tota antiquitate inaudita eorum interpretationi Catholicae præ-  
 ferre ausum. Conf. ex ingenti choro Patrum Athanas. in disp. Conc.  
 Nicen. contra Arium tom. I. p. 100. ubi ipsum collocutorem sive Ariū  
 sive Arianum, ex hoc loco Isaiano solo, tali argumento: Brachium illi,  
 enjus est Brachium, est consubstantiale. Christus est brachium DOMINI. E.  
 ipsi est consubstantialis, adeò convieit, ut agnosceret: Filium esse Patri  
 ἐπορθεσσ. Neq; verò tacet Athanasius, unde talem sensum loci habeat  
 Ecclesia, provocans ad Dilectionis Discipulum, ad pectus Servatoris recuban-  
 tem, qvi sic applicare docuerit Joh. 12, 37, 38. vid. Athan. l. de nat. comm.  
 eff. Parris, Filii & Sp. S. tom. I. p. 387. l. de bum. nat. suscep. p. 478. ubi pul-  
 cherrima habet de Christo bis viso Jesaiæ, semel in throno gloria c. 6, I. 2. 3.  
 semel in crucis sugestio c. 52. & 53. vid. idem l. de salut. adv. J. Christi p. 503. &  
 prolixè l. de inc. arn. verbi Dei p. 63. & 65. l. cont. omnes heres p. 848. & tom. 2.  
 l. de 2. in Christonat. p. 253. Conf. Hieron. Comm. in h. l. tom. 2. p. 363. Theo-  
 dor. tom. 2. p. 117. qvi de Christo spinis coronato, cruci clavis affixo, sine  
 ullâ planè mentione alterius applicationis explicant; ut opus haut sit  
 regulâ Salmeronis s. Canone 39. in prolegomen. io. Si quid in V.T. inve-  
 nitur, quod de jesus personam, de qua videtur esse sermo, excedat, illud perinde atq;  
 de Messia accipendum venit: qvi ibidem contra Judaicam perfidiam  
 probaturus, hīc non agi de populo in captivitate posito, quia sic ex pro-  
 phetia fieret historia, grandem ignorationem Elenchi ostendit.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774782358/phys\\_0033](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782358/phys_0033)







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774782358/phys\\_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782358/phys_0035)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774782358/phys\\_0036](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782358/phys_0036)


DFG

## ORATIO VI.

psa sanitas vulneratur, ut nobis impetreret sa-  
vicariae sustentationis & satisfactionis sc. i.  
i.e. ipse Deus Pater ex eterno consilio redempti  
incurrant omnes iniqüitates nostræ: pos-  
suppositum, Christus velut omniū scelerum  
mani reus sic arteritur, castigatur, vulneratur  
morbis atq; dolores, ipsius vulnera sanamur. To-  
neplacito Dei Patris hic imputatur. Ipse De-  
omnium nostrum. Et sic Deus illum, qui non n-  
ecatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in e-  
mus 2. Cor. 5, 21. & 1. Pet. 2, 24.

Concl. 12. Fuerit urbe captâ, Babylonie  
re pariter & catenis solutus Jeremias patri  
(Jer. 39, 11. 12. c. 40, 2. 4.) pauculis adhuc annis  
cula supervictus, an propterea dics poter-  
at coartatione & iudicio sublatus, cuius genera-  
qui paulò post à sceleratissimâ sub Jochana-  
ptus, in Ægyptu q̄bductus, majus etiam ad  
qvām olim ante urbē captâ, signū est expertus  
modo hâc sceleratissimâ Prophetæ tractati  
ipse Jeremias DVN s. sacrificiū pro reatu factu  
seipsum videns est satus? qvomodo ipse baji-  
vid. v. 10. 11. 12. Quantū h̄c admittit veritati  
tantum Socinianis additur pro negando ve-

Concl. 13. Ita ipse Isaías 43. 10. 11. 12. evidet  
solo Messia pronunciat: facit idem in N. T.  
Lucas, in Luca Philippus, in Epistola Petrus,  
tima hujus passionalis Evangelici Isaiani al-  
lum Jesum Nazarenum applicantes, ut sic  
iam soñā constare possit hujus sensus & ap-  
mente Dei revelantis conformitas, cui de-  
tem prætentis Ecclesia Christianæ: sed & v-  
q̄em, prout Patrum scripta, ubi scripturæ  
& magnificimus, ipsum autem authenticum  
soli Spiritui S. ut per scripturas loquenti, &  
sensu iste fragiliter, apud omnes extra pe-



the scale towards document

315  
incipit talis  
¶ s. Dominus,  
n Messiam sic  
um adeò jam  
q; generis hu-  
morū illi erant  
consilio & be-  
miniquitatem  
n, pro nobis pec-  
cibus sanati su-

erante, carce-  
bili permisus  
viterix specta-  
Propheta v. 8)  
te enarraturius?  
in factione ca-  
tradicitionis,  
14, 16. Et quo-  
datuſ? qvom:  
oleſtia exemis  
res multorum?  
aine Jeremiz,  
mortis Messiaz,  
Grotium pro  
hannes, Paulus  
olilongè plu-  
nifeste ad so-  
scripturā et-  
ritas, & cum  
mus non sal-  
e consensū,  
unt, amamus  
ile iudicium  
pturæ, de suo  
tatum preju-

031

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 1000